UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiæ. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

De promulgatione Ieiuniorum & abstinentiarum, quæ in concione aut inter Missarum, solennia fieri solet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

Visual Library

DE IEIVNIIS ET ABSTINENTIIS ECCLESIASTICIS NOTÆ.

I.

IN denunciandis populo pro concione Ieiuniorum & abſtinentiarum diebus operam inprimis Paſtores dabunt, vt bene omnes intelligant dierum iſtorum diſcrimen. Quod nimirum diebus quibus Ieiunium ab Eccleſia indictum, obligetur & abſtinendum ab eſu carnium, & ad ſumendam vnicam in die refectionem. At diebus quibus abſtinentia indicitur, eſus ſolummodo carnium interdictus ſit, quõ ad refectionem vnam vel plures nihil definitè ab Eccleſia præcipiatur.

II. Dies in quibus veteri conſuetudine recepta eſt abſtinentia à carnibus tantum, ſunt omnes feriæ Sextæ & ſabbathi totius anni, niſi in harum aliquam Natiuitatis Dominicæ feſtum incidat. Tunc enim Eccleſia à carnibus abſtinere non conſueuit.

III. Litania maior, quæ ſeruetur in die S. Marci Euangeliſtæ, & Litania minor, quæ eſt in tribus Rogationum diebus, videlicet feria ſecunda, tertia, & quarta, quando vbique ſolennes habentur preces, vſitatum eſt vt abſtinendo à carnibus totis diebus peragantur. De ieiunio vſque ad prandium illis diebus ſeruando locorum conſuetudo retinenda eſt. Obſeruandum tamen in die ſancti Marci, ſi in aliquem Octauæ Paſchatis incidat, quo alias carnibus veſcimur, abſtinentiam non eſſe conſuetam. *Statut. D. Henrici c. 3.* *Statut. D. Henrici c. 5.*

IV. De profeſtis Deiparæ Virginis, etſi præter aſſumptionis vigiliam, in qua ieiunatur, & Annunciationis in quadrageſimam incidentis, non extet alicuius âbſtinentiæ aut ieiunij præceptum, tamen deuota apud pios inoleuit conſuetudo, vt ab eſu carnium abſtineatur, quam vt conuenientem retinere, populoque cùm feſta eiuſmodi incidunt, denunciare laudabile foret.

V. Porro Ieiunia quæ cum abſtinentia à carnibus vnam ſolam refectionem ſiue meridianam ſiue veſpertinam ex lege & more Eccleſiæ admittunt, iſta ſint. Primum Quadrageſima, hoc eſt, quadraginta dierum ante Paſchalem Solennitatem ieiunium, quo cum vna refectione à carnibus & ouis abſtinentia eſt. Deinde ieiunium quatuor temporum, quando ferijs quarta & ſexta, itemque Sabbatho cum vna refectione à carnibus non [redacted] ouis abſtinetur. Demum vigiliæ feſtorum Sequentium ex præcepto ieiunantur: Nimirum Paſchatis, Pentecoſtis, Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ Natiuitatis Domini, Omnium Apoſtolorum (præterquam S S. Philippi & Iacobi atque Ioannis Euangeliſtæ) S. Laurentij, Aſſumptionis B. Mariæ virginis & omnium Sanctorum. *Statut. D. Henrici c. 3.*

Statut D. Henricie 3.

VI. In his autem obſeruandum, quod ſi prædicta ieiunia in diem Dominicum incidant tunc in Sabbathum præcedens transferatur. Feſtum verò S. Matthiæ ſi cadat in diem Cinerum, ieiunium à Paſtoribus denunciabitur Dominica Sexageſimæ ſeruandum Sabbatho ante Dominicam Quinquageſimæ. Officium nihilominus horarum Canonicarum de Vigilia poſt Quinquageſimæ Dominicam feria tertia recitabitur.

Conc. prouin. Anno 1536. p. 9. c. 2.

VII. Admoneant verò ſubinde Paſtores populum, vt ieiunia ab Eccleſia indicta reuerenter obſeruet, & cur inſtituta ſint: Nempe, vt corpus per intemperantiam cibi & potus luxurians caſtigetur, & in ſeruitutem redigatur, quò animus vegetior & liberior diuinis laudibus inſiſtat ſeq. diuinæ voluntati adtemperet.

Idem Conc. p. 9. c. 3.

VIII. Doceant etiam, quod qui Eccleſiæ ordinationem irrident, illique D. Paulum opponunt, quaſi is ieiunijs Eccleſiæ contradicat, grauiſſimam vtrique contumeliam inferant. Non enim Eccleſia aliquod cibi genus perpetuò interdixit, aut Iudaicum ciborum delectum contra Apoſtolicam doctrinam inuexit, quinimò cum Paulo ſemper docuit doctrinam eſſe dæmoniorum cibum aliquem immundum iudicare & prohibere, quem Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione. Sed potius Eccleſia veteris legis & Apoſtolicorum virorum exempla ſecuta, ieiunia quædam publica certis diebus indixit, iubens à carnibus abſtinere, & cibis aridioribus vti, non quod carnes immundæ ſint; ſed vt luxui temperetur. Qua de re in Gangrenſi Concilio, quod non multò poſt Apoſtolorum tempora ſeruatum eſt, pari cenſura damnati ſunt; tum illi, qui nonnullos cibos illicitos reputarunt, tum illi, qui præter neceſſitatem corporalem ſuperbientes, ieiunia communia totius Eccleſiæ putauerint contemnenda.

1. Tim. 4.

Conc. Gangr. c. 2. & 19.

Conc. prouin. Anno 1536. c. 4. C. Conſilium de obſeru ieiun. Conc. Tolet. 8. c. 9.

Inſuper inſtruant ſuos non eſſe, quod quis ieiunij legem criminetur, aut iniquius ferat, cum Eccleſia haud eam ita ligare velit, vt neque charitati, neque neceſſitati cedere debeat. Quin caſibus ijs, & cibos vetitos, (de conſilio tamen vtriuſque medici, ſi adſint, aut animæ tantùm) concedit, &, ex communi Doctorum ſententia, pleroſque à ieiunio ob impotentiam, pietatem ve vel neceſſitatem excuſatos habet: & moderatum potum veſpertinamque refectiunculam, (medicinæ tamen loco non cibi) permittit.

Conc. prouin. Anno 36 c. 5.

Denique cum in ieiunijs ratio magis indictionis, quàm abſtinentia iſta à carnibus ſpectetur, moneant plebem, cum ieiunandum, non modo carnium eſum vetitum; ſed & piſcium ſumptuoſis prolixiſque ferculis, & bellarijs, pluſquam carnes inflammantibus, meritò abſtinendum eſſe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica deß Catholiſchen Catechiſmi D. Petri Caniſij.

Allen Pfarherrn vnd Gemeinem Volck zu gutem in Truck geſtelt:

Auß Befelch deß hochwürdigſten in Gott Vatters Durchleuchtigſten Fürſten vnd Herren/ Herrn Ferdinanden/ erwöhlten vnd beſtetigten Ertzbiſchoffen zu Cölln/ vnd Churfürſten.

Vorredt an die Pfarherrn vnd Seelſorgern deß Ertzſtiffts Cölln.

VNter allen ſtücken ſo einen Chriſtlichen Seelſorgern zuverrichten obligen/ iſt ohne zweiffel das erſte vnd fürnembſte/ daß die Jugend vnd Vnerfahrne in göttlicher Erkantnuß recht vnd Catholiſch vnterwieſen werde. Wie hoch nöthig nun daſſelbig/ zeigt an der heilig Apoſtel Paulus/ da er ſchreibt/ daß ohn den Glauben/ Gott zugefallen vnmöglich ſey. Vnd Salomon/ da er ſagt/ daß alle Menſchen eytel ſeyn/ welche die Erkantnuß Gottes nicht haben. So bringet auch die tägliche Erfahrung mit ſich/ daß kein fürtrefflicher Weg dem gemeinen Mann von vielen abſchewlichen Irthummen/ Ketzereyen/ Aberglauben/ Zaubereyen vnd dergleichen Läſtern zuverhüten/ vnd abzuführen/ dann durch Einpflantzung heilſamer Lehr der Catholiſchen Kirchen: Wie zu dem/ augenſcheinlich/ daß nicht kräfftiger Mittel mögen erdacht werden/ den Menſchen in einem gottſeligen Catholiſchen/ vnnd tugendſamen Leben vnd Wandel/ in andechtiger wahrer Verrichtung der Gebotten Gottes vnd ſeiner Kirchen zuerhalten/ dann daß die kleine Kinder/ wie auch alle andere Vnwiſſende deren guten Wercken/ ohn abſchewlichen Sünden/ zeitliche Anweiſung erlangen.

Derowegen von höchſtgedachtem vnſerem gnedigſten Churfürſten vnnd Herrn / ꝛc. hochnöhtig vnd nützlich erachtet / das dem Pfarherrn gemeltes Ertzſtiffts zum guten neben dem gewöhnlichen Catechiſmo Doctoris Petri Caniſij, ein kurtze Instruction, die Catholiſche Lehr den Kindern vnd vnerfahrnen bequemlich vnd erſprießlich fürgetragen / ſchrifftlich begriffen / in Truck verfertiget / vnnd endtlich jhnen gemelten Paſtorn ſich deroſelben zugebrauchen beſtes fleiſſes anbefohlen werden ſolte / Inmaſſen Ihre Churf. Durchl. thun allen Seelſorgern hiermit ernſtlich befehlen / dero Catholiſcher Lehr / Inhalt dieſer Instruction, mit allem Eyffer vnd Chriſtlicher Sorgfeltigkeit obzuliegen.

Daran verrichten dieſelbe / was der wahrer Hirt Chriſtus von jhnen Ampts vnd Beruffs wegen erfordert / folgents auch darauff zu gewarten haben / was jhnen von Gott bey dem Propheten Daniele am 12. Vnd dem Herrn Chriſto in ſeinem Euangelio Matth. am 5. verheiſchen vnd verſprochen worden iſt.